44

ARCHIVO

DE LA

EXCMA. DIPUTACIÓN PROVINCIAL

SEVILLA

SECCIÓN HISTÓRICA

Legajo .....

Número .....

N.º 40.

Citacion de inhibicion contra los Frailes del Convento de S. Pablo 22 de Setiembre de 1561.

DIPUTACION DE SEVILLA

Fecha: 1561

Tipología documental y descripción de contenido:
CITACIÓN DE INHIBICIÓN CONTRA LOS FRAILES DEL CONVENTO DE S. PABLO

Medidas: 37'5 (35+2'5) x 23'5 cm.

Estado de conservación: BUENO

Observaciones:

Procedencia (legajo): HOSPITAL DE LAS CINCO LLAGAS
LEG. 3

Signatura: PERGAMINOS, 27
HOSPITAL DE LAS CINCO LLAGAS, LEG. 3.

Gabriel Palatius Utriusque Juris Doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, et ejus Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditor, causæque et causis hujusmodi ac partibus infrascriptis a prælibato Sanctissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus. Universis et Singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sustentoribus, Sacristis tam Cathedralium etiam Metropolitanarum quam Collegiatarum Canonicis, Parochialium quæ Ecclesiarum Rectoribus et locatenentibus eorumdem, Plebanis, Vicepleb[anis], Capellanis, Curatis et non Curatis, Vicariis perpetuis altaristis, Cæterisque presbiteris, Clericis, Notariis et fatelliconibus publicis quibuscumque per Civitatem et Diœcesim Hispalensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint salutem in Domino et nostris hujusmodi literis veram apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis quod nuper Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster Dominus Divina providentia Papa Quartus quamdam Commissionis sive Supplicationis cedulam nobis per certum suum Cursorem præsentari fecit hujusmodi subtenore. **Beatissime Pater**

S. V. pro parte devoti illius oratoris Joannis de Medina clerici Hispalensis administratoris Hospitalis quinque plagarum nuncupati extra et prope muros Hispalenses quod cum alias Sedes olim Hispaniarum de Rivera Marchio de Tarifa eiusdem Hospitalis fundator dum in humanis ageret certas memorias sive anniversaria aut suffragia tam pro ejus quam parentum et consanguineorum suorum seu aliarum personarum animarum salute in certis dictæ civitatis vel extra eam ecclesiis et Monasteriis quolibet anno perpetuis celebranda cum certis stipendiis pro Hospitale prædictum ac ejus Administratorem solvendis, instituerit, et ordinaverit, et alia videndi et inquirendi seu scrutandi, an memoriæ prædictæ debite et decenter adimpleantur, Sancti Hieronimi Sancti Isidori et Carthusiensis extra muros Hispalenses Monasteriorum Prioribus, quibus officium visitandi dictum Hospitale in omnibus et per omnia per Sedem Apostolicam ad ejus fundatoris instantiam perpetuis futuris temporibus et concessum per eamdem Sedem, et ad ejus fundatoris supplicationem instinctu injuncta et commissa existerit prout in literis apostolicis exechoris hujusmodi plenius continetur; et tamen citra Sedis prædictæ auctoritatem et fundatoris voluntatem nemo se debeat intromittere; Nihilominus tamen Prior et forsan Conventus Monasterii Sancti Pauli ordinis prædicatorum dictæ Civitatis negatur quo spiritu ducti se jactarunt, et jactant de præsenti dictam curam ad se spectare et spectare in hac ac pro intra dicti Hospitalis claustra inquirere et scrutari an onera et memoriæ prædictæ adimpleantur, ejus Prioribus episcopis, qui curam præfatam semper pacifice et quiete exercuerunt eos multipliciter vexando et molestando. Recurrebat igitur ad Sanctitatem vestram pro parte dicti oratoris tam sua quam ejus Hospitalis et aliorum quorum interessionibus ille humiliter supplicando quatenus dignetur causam et causas quam et quas dictus orator ut præfertur habet et movet habereque et movere vult et intendit contra et adversus Priorem et Conventum Sancti Pauli præfatos, omnesque alios sua communitas vel divisim interesse putandos et in decreto seu executione citationis præsentis commissionis vigore ad partes decernentes nominando de et super jactationibus, inquietationibus, et perturbationibus hujusmodi, rebusque alias in actis causæ et causarum hujusmodi latius deductis et deducendis et aliorum occurrentium circumstantiis audiendas, decidendas, ac fine debito terminandas una cum suis incidentibus, et dependentibus annexis et connexis committere et mandare cum potestate Priorem, Conventum Sancti Pauli et alios supradictos etiam per edictum publicum conjuncte simulque et extrajudicialiter de non tuto accessu citandi ejusque ac quibusvis judicibus ordinariis, delegatis, et subdelegatis et commissariis quacumque prævalentes disputatis et juxta auctoritate etiam sub censuris et penis pecuniariis arbitrio suo moderandis, et applicandis, inhibendi, et in eventum non parationis, censuras et pœnas prædictas rebellis et contumaces incidisse et incurrisse declarandi, ferendique sententias, decreta, et mandata opportuna, interdictum quæ ponendi et ejus fuerit auxilium brachii secularis invocandi cæteraque faciendi, et exequendi quæ in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna præmissis ac constitutionibus

S. R. D. Vestræ Sacri Palatii Causarum Auditoribus audiendas, decidendas, ac fine debito terminandas una cum suis incidentibus, et dependentibus annexis et connexis committere et mandare cum potestate Priorem, Conventum Sancti Pauli et alios supradictos etiam per edictum publicum conjuncte simulque et extrajudicialiter de non tuto accessu citandi ejusque ac quibusvis judicibus ordinariis, delegatis, et subdelegatis et commissariis quacumque prævalentes disputatis et juxta auctoritate etiam sub censuris et penis pecuniariis arbitrio suo moderandis, et applicandis, inhibendi, et in eventum non parationis, censuras et pœnas prædictas rebellis et contumaces incidisse et incurrisse declarandi, ferendique sententias, decreta, et mandata opportuna, interdictum quæ ponendi et ejus fuerit auxilium brachii secularis invocandi cæteraque faciendi, et exequendi quæ in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna præmissis ac constitutionibus

buy apostolicy stilo palatij, quod que causa et causy huiusmodi non sint ad curiam legitime devolute
celerij que in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. De mandato Domini Nostri Pape
audiat Magistra Gabriel Galeotus etiam pena edictum compito summarie sine de non nito accessu inibeas
etiam sub cenzurij et penis procedat ut petitur, et justitiam faciat. Placet Domino Nostro Pape Romey
felicitery. Post cuius quidem commissionis, sive supplicationis cedule presentationem, et acceptio-
nem nobis et pena nos ut premittitur facte, fuit mey pro parte dominj Joannis de Medina principalis
in premissis nobis facta et presentata commissione principaliter nominati debita cum instantia requisiti
quatenus sibi citationem legitimam cum inhibitione inserta extra ——— romanam curiamet ad-pa-
tes — contra et adversus priorem et conventum Monasterij Sancti Pauli ordinis Predicatorum
civitatis Hispalensis predictos et adverso principales in eadem nobis facta et presentata commissione et
adverso principaliter nominatos, omnesque alios et singulos ius communiter vel divisim interesse putan-
tes et in executione citationis huiusmodi citandos, iuxta et secundum dicte nobis facte et presentate com-
missionis veram formam et tenorem in forma iuris, et consueta decernere et concedere dignaremur
Nos igitur Gabriel Galeotus auditor prefatus attendendo requisitionem huiusmodi fore justam et
consonam rationi, volentesque in causa et causis huiusmodi, et inter partes in dicta commissione
contentas rite et legitime procedere, ac partibus ipsis dare Domino justitiam ministrare, vtrius-
que. Huius auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte vos omnes, et
singulos supra dictos, et vestrum quemlibet in hijdem tenore presentium requirimus et monemus
primo secundo tertio et peremptorie vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute Sancte
obedientie et sub excommunicationis pena quam in vestrum quemlibet canonica monitione pre-
missa si ea que vobis in hac parte committimus et mandamus neglexeritis seu distuleritis com-
pleta aliter adimplere, feramus in his scriptis distincte precipiendo mandantes quatenus infra
sex dierum spatium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu alteri
vestrum factam Et postquam pro parte dicti Domini Joannis de Medina principalis supra
hoc vigore presentium fuerit requisitus seu alter vestrum fuerit requisitus immediate se-
quentium, quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vobis
vniuersis et singulis supradictis et vestrum cuilibet pro tertio et peremptorio termino ac mo-
nitione canonica assignamus. Ita tamen quod in his exequendis vnus vestrum alterum non
expectet, nec vnus pro alio seu pro aliquo se excuset. Prefatos priorem, et conventum Monas-
terij Sancti Pauli ordinis Predicatorum hispalensis et adverso principales omnesque alios
et singulos supradictos, priorem vero dicti Monasterij in eius propria persona si ipse in
presentiam commode haberi posset, alioquin vero in suo prioratu; Conventum vero eiusdem
Monasterij in loco conventuali, ubi pro conuentu celebrando ad sonum campane vel aliter situm sint con-
gregari, si ad hoc inducti voluerint ac ad illos pateat latius accessus, sin autem in Cathedrali
hispalensi, necnon parrochiali, seu parrochialibus sub qua, vel sub quibus degunt et morantur
aliis vbi ecclesiis, et locis publicis quibuscumque de quibus ac vbi dum ibidem populi multitudo ad diui-
na audiendum convenerit aut alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra immo verius
apostolica auctoritate alta et intelligibili voce peremptorie citare curetis; ita tamen quod
verisimile sit citationem nostram huiusmodi ad ipsorum ——— citandorum notitiam
indubitatam devenire, nec de premissis, vel impetrandis ignorantiam aliquam ostendere va-
leant, seu etiam quomodolibet allegare, quos nos etiam et eorum quemlibet tenore presen-
tium sic citamus quatenus sexagesima die post citationem vestram huiusmodi per vos
alterum vestrum eis factam immediate sequenti, si dies ipsa sexagesima iuridica fuerit, et
nos, vel alter forsan loco nostri interim surrogandus auditor ad iura reddendum et causas
audiendum pro tribunali sederimus vel sederit: alioquin proxima dies iuridica immediate
sequenda qua nos vel eundem surrogandum auditorem prefatum Rome vel alibi ubicumque
Dominus noster Papa cum sua romana curia residebit in palatio causarum apostolico more
sora audiendi causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendum pro tribunali
sedere contigerit. Compareant in iudicio legitime coram nobis, seu surrogando auditore predicto
per se vel procuratorem seu procuratores suum vel suos idoneum, vel idoneos ad causam et
causas huiusmodi sufficienter instructum seu instructos cum omnibus et singulis actis actitatis
litteris, scripturis, processibus, instrumentis aliisque iuribus et munimentis causam et causas
huiusmodi tangentibus seu eam et eas quomodolibet concernentibus prefato Domino Joanni
de Medina principali seu eius procuratori legitimo de et super omnibus et singulis in
supradicta nobis forma deputata commissionis contentis de iustitia responsuri, ac mecum

et cauſy ſuũymodi ad omnes et ſingulos actus et tramites gradatim et ſucceſſiue, etiam uſque diffinitiuam ſententiam inclusiue debitos et consuetos tramites et citationibus precedentibus ut moris eſt, proceſſuri et procedi uisuri, aliasque dicturi, facturi, allegaturi, audituri, et recepturi quicquid iuſticia suadebit et ordo dictauerit rationis, certificantes nichilominus eos et sic citatos, quos sibi in dicto citationis termino, ut premissum est, comparuerint, siue non, Nos nichilominus, seu iuxta fandum auditos prefatus ad partis comparentis, et causam, seu causas huiusmodi prosequi curantis, instantiam ad premissa omnia et singula, ac alias prout iustum fuerit, procedemus, seu procedet, iuſticia mediante, dictorum citatorum contumacia, seu absentia in aliquo non obstante. Et insuper attendentes quod lite et causa seu causis huiusmodi sicut premittitur, coram nobis in romana curia indecisis pendentibus nichil sit in preiudicium innouandum pro quemcumque, seu attentandum; idcirco nobis omnibus et singulis supradictis quibus presentes nostre litteras diriguntur, et cuilibet eorum auctoritate apostolica supradicta modo et forma premissis tenore presentium committimus et mandamus quatenus post legitimam dicte citationis executionem R.mo D. Episcopo Hypalensi eiusque in spiritualibus et temporalibus Vicario seu Officiali Generali, Ceterisque Officialibus iudicibus Commissariis, delegatis, subdelegatis ordinariis et extraordinariis quibuscumque per Ciuitatem et Diocesim Hypalensem predictas, ac alias ubilibet constitutis. Et presertim Priori et Conuentui Monasterii Sancti Pauli Ordinis Predicatorum Hypalensis ex aduerso principalibus supradictis omnibusque aliis et singulis quorum interest, interesse, seu interesse posset quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus cenſeantur et quacumque preſulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti domini Ioannis de Medina principalis uisore presentium fuerit legitime requisitis, seu alter eorum fuerit requisitus, inhibeatis quibus nos etiam et eorum cuilibet tenore presentium inhibemus ne ipsi seu eorum alter in causa et causis huiusmodi per se vel alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte quouis quesito colore, vel ingenio in lite pendente et iuris dicendi nostre immo veritatis aduersum dictum principalem sed in ſtipendium et contemptum, dictique Ioannis de Medina principalis [illegible] seu preiudicium et grauamen lite et causa seu causis huiusmodi coram nobis indecisis pendentibus quicquam attentare seu innouare presumant, seu presumat. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare et in statum pristinum reducere curabimus iuſticia mediante. Diem vero seu dies citationis et inhibitionis vestrarum huiusmodi, atque formam et quicquid in premissis feceritis seu alter vestrum duxerit faciendum nobis per vestras patentes litteras aut instrumentum publicum seu publica desuper confectum seu confecta, distincte et aperte reddere curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum qui predictam nostram excommunicationis sententiam incurrerint, seu incurrerit + excommunicationis + quoquo modo, nobis, vel Sedi apostolice nostro tantummodo reseruamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras, seu presens publicum instrumentum huiusmodi nostras citationem et inhibitionem in se continentes siue continens eorum alterum de manu et per Notarium publicum nostrum que et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus, et fecimus appensione communiri. Datum Rome in domo nostre solite residentie sub anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo primo Indictione quarta die vero Sabbati vigesima secunda mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pij diuina Prouidentia Pape quarti anno eius secundo. presentibus ibidem Domino Nicolao Touffe et Ioanne Villy Notariis publicis scribisque nostris testibus, ad premissa omnia et singula vocatis specialiter, atque rogatis.

Stella duce

Et Diua ego Joannes Baptista Arcatorius Clericus Faurinensis Diœcesis publicus apostolica, et imperiali auctoritatibus, necnon Sacri Palatij apostolici Causarum et huiusmodi Causæ notarius præmissis interfui, ideo de eis rogatus præsens instrumentum publicum et subscripsi in fidem requisitus